Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

elevabit fasciculi coram domino.
ut acceptabilis sit pro vobis
altero die sabbati et sacerdos
hoc illum. Numerabitis ergo
ab hac die in quo obtulistis
manipulos primitiarum sep
tem ebdomadas plenas usque
ad alteram diem expletionis eb
domade septime. Et sic offere
tis sacrificium novum domino ex om
nibus habitaculis vestris panes
primitiarum duos de duabus
decimis similes quos elevabit sa
cerdos coram domino. Et vocabitis
hunc diem celeberrimum atque sacer
timum. Omne opus servile non
facietis in eo. Legitimum sem
piternum erit vobis in omnibus
habitaculis et generationib⁹
vestris. Dixit dominus omnipotens. Alla.
Si dominica incidit dies pentheostes
tunc omis prior dicatur. Oratio.
Deus qui ad ditatem mere
tur iniuriis devocando ca
stigari corpora precipitia concede
nobis propitius ut mente et
corpore semper tibi sit devotus.
Hodie. Lectio libri deuteronomii.
In diebus illis. Dixit moyses
filiis israel. Audi israel que ego
precipio tibi hodie. Cum intrave
ris terram quam dominus deus tuus da
turus est possidendam et ob ti
nueris eam atque habitaveris i
illis. Tolles de cunctis fructib⁹
tuis primicias et pones in
cartallo. Pergesque ad locum
quem dominus deus tuus elegerit ut
ibi invocet nomen eius. Ac
desque ad sacerdotem qui erit in
diebus illis. et dices ad eum.
Profiteor hodie coram domino deo
tuo. qui exaudivit nos. et re
spexit humilitatem meam et la
borem atque angustiam. et eduxit
nos de egypto in manu forti
et brachio extento in magno
pavore in signis atque portentis.
et introduxit ad locum istum. et
tradidit nobis terram lacte et
melle manantem. Et ideo ecce
nunc offero primicias frugum
terre quam dominus deus dedit mihi.
Et dimittas eas in conspectu
domini dei tui. et adorato domino deo
tuo epulaberis in omnibus bonis
que dominus deus tuus dederit tibi.
Alla. Paraclitus spiritus. Oratio.
Oremus omnipotens deus ut sa
lutarib⁹ iejunii expedi
ti. ab omnibus eorum vitiis abstin
entes propitiationem tuam facili⁹
impetremus. Hodie. Lectio libri leuitici.
In diebus illis. Dixit dominus ad
moysen. Si in preceptis meis
ambulaveritis. et mandata
mea custodieritis et feceritis
ea. dabo vobis pluvias tem
porib⁹ suis. et terra gignet genimen
suum. et pomis arbores replebi